

hortaturque, ut vitia sordium et avaritiae vitet Iamlychumque (Trevirensen) archiepiscopum honoret.

XXIV. Quidam Nicetium (Trevirensen) archiepiscopum theologum laudat, post longum tempus sedi suae redditum, eiusque orationi se commendat, ut gratia Domini et dominorum suorum fruatur.

---

XXV. Childebertus II. rex foedere pacto ad Mauricium imperatorem, sicut ei per eius legatos praemissos pollicitus erat, Ennodium episcopum, Griponem spatharium, Radanem cubicularium, Eusebium notarium legat, qui viva voce ei aliquid declarent.

XXVI. Brunechildis regina, mater Childeberti II. regis, ad pactum faciendum hortata, Mauricio imperatori aliqua mandanda, sicut legatis eius promiserat, eis, qui perferunt hanc epistolam, defert.

XXVII. Brunechildis regina Athanagyldo regi, filio suae filiae mortuae (Ingundis et Hermenegildi regis Wisigotorum), Constantinopoli collocato nuntiat, legatos ad imperatorem missos esse, quibus, quid de ipsius conditione agendum sit, certior fieri possit.

XXVIII. Childebertus II. rex Athanagyldo regi, filio sororis suae (Ingundis et Hermenegildi regis Wisigotorum), Constantinopoli collocato eadem nuntiat.

XXIX. Brunechildis regina Anastasiam imperatricem legatos ad imperatorem missos esse edoctam hortatur, ut coniugi pactum faciendum suadeat.

XXX. Eadem epistola aliter adumbrata.

XXXI. Childebertus II. rex Iohannem episcopum, legatione ad imperatorem nuntiata, adhortatur, ut pro virili parte id agat, ut ex pace inter Graecos et Francos consolidata utrique genti quam plurima commoda redundant.

XXXII. Childebertus II. rex Honorato apocrisario eadem scribit.

XXXIII. Childebertus II. rex Domitiano episcopo eadem scribit.

XXXIV. Childebertus II. rex Theodoro magistro eadem scribit.

XXXV. Childebertus II. rex Iohanni quaestori eadem scribit.

XXXVI. Childebertus II. rex Meganti curatori eadem scribit.

XXXVII. Childebertus II. rex Paulo, patri exarchi, eadem scribit.

XXXVIII. Childebertus II. rex Italicae patriciae eadem scribit.